



Disputatio juridica decima-octava de emtione et venditione, ad tit. 24. Inst. Lib. 3.

<https://hdl.handle.net/1874/340887>

DISPUTATIO IVRIDICA
 DECIMA-OCTAVA,
 DE
 EMPTIONE ET VENDITIONE,
 AD
 Tit. 24. Inst. Lib. 3.

2 V A M,
 Annuente Deo Opt. Max.
 SUB PRÆSIDIO,
 Clarissimi Consultissimique Viri

D. CYPRIANI REGNERI ab OOSTERGA
 I. U. D. nec non ejusdem facultatis in Illu-
 str. Trajectin. Academia Professoris
 ordinarii.

Publico subjecit examini,
 EVERARDUS de WEEDE,
 Ad diem 14. Februar. horis locoque solitis,



VLTRAIECTI,
 Pro THEODORO ab ACKERSDYCK,
 Anno cl^o 13 e XLIV.

Amplissimis, Prudentissimis, Consultissimisque viris Dominis,

D. JACOBO ZAS, I. U. D. & Provinciae
Ultrajectinae Senatori gravissimo.

D. ANTONIO vander WOLF. I. U. D.
Goudae Praefecto vigilantissimo.

D. JOANNI van ZOMEREN. I. V. D.
& Reverendis Nobilissimisque viris Dominis, De-
cano, & S. Mariae ecclesiae Ultraj. Canonicis à se-
cretis & urbis dignissimo.

Avunculis suis semper honorandis

Hocce exercitium Academicum

D I C A T

EVERARDUS de WEEDE

Respondens

DISPUTATIO IVRIDICA

DECIMA-OCTAVA,

DE

EMPTIONE ET VENDITIONE

AD

Tit. 24. Inst. Lib. 3.

T H E S I S I.

Emptionis & Venditionis vocabulo Veteres promiscuè usi sunt. *l. 19. D. de act. empt.* Vnde sæpe emere pro vendere, & vice versa ponitur. *l. unic. C. si serv. ext. se emi mand. l. 34. D. de cont. empt. & passim.* Diff. Cujac. 9. obs. 15. Præterea venditionis verbum interdum ex paritate rationis omnem alienationem omnemque contractum designat. *l. 29. D. de stat. lib. l. 8. §. 11. D. quib. mod. pign.* Diff. DD. plerique, teste Treutl. *disp. 28. vol. 1. thes. 1. lit. b.* Cæterum hic proprie significat contractum juris gentium nominatum, solo consensu initum, bonæ fidei, de merce emptori tradenda certo pretio nummario constituto. *l. 7. pr. & §. 1. D. de pact. l. 2. D. de O. & A. l. 8. pr. D. de cont. empt. l. 2. §. 1. D. eod. junct. l. 7. §. ult. D. ibid. & §. 1. & 2. Inst. h. t.* Diff. DD. Varii varie, ut videre est apud Treutl. *d. disp. thes. 1. Harpr. ad tit. 23. Inst. n. 12. & ad pr. tit. 24. Lib. 3. n. 6. & seqq.*

II.

Quoniam itaque consensu constat emptio & venditio, nullus video, quo pacto inter Medicum & ægrotum cōtracta officio judicis rescindi queat, si neque lex neque consuetudo hoc permittat. *arg. l. 3. D. de extraord. cogn. & l. 9. C. de profess. & medic. DD. aliter quos vide apud Fachin. 2. c. 25. Harpr. ad d. pr. n. 113. & seqq.* Sed quid si erratum in nomine tantum, aut qualitate rei? valet emptio *l. 9. §. 1. & l. 14. D. de cont. empt.* ita tamē,

men, ut venditor ad interesse teneatur. *l. si sterilis. 21. §. 2. D. de act. empt. Diff. Cujac. 2. obs. §. Comman. 7. comm. 6. & Plures Alii*, quos vide apud *Pet. Fabr. in l. 67. de R. I.* Quid si in accessionibus mercis erratum sit? ipsa venditio subsistit, & ea res emptori debetur, de qua sensit venditor *l. si in empt. 34. pr. D. de cont. empt.* Est enim hic, quod sibi imputet emptor, cur legem contractui non dixerit apertiore, ut in *l. 7. §. 1. l. 72. l. 80. §. 1. D. eod. Diff. Cujac. lib. 1. obs. 10. lib. 2. obs. 37. lib. 23. c. 31. & in l. 83. D. de V. O. & Alii plures*, quos vide apud *Hænon. disp. 16. quæst. 4.*

III.

Porrò, quum diximus emption. contractum esse bonæ fid. *d. l. 2. §. ult. de O. & A.* Sequitur eam ipso jure nullam esse, si dolus eidem causam dederit. *l. 7. pr. D. de dol. mal.* Ratio est in *l. 3. §. ult. D. pro soc.* Dolus verò incidens purgatur, vel actione ex principali contractu, vel exceptione doli. *d. l. 7. §. 3. l. 9. pr. eod. & l. 13. §. 4. D. de act. empt. junct. l. 2. D. de dol. mal. except.* *Diff. Ultramont. Bellapert. Raven. Ioan. Fab. quos sequitur Coras. 2. miscell. 8. & 9. VVesemb. parat. de dol. Rob. 1. animadv. c. 1. 2. 3. 4.* Moribus vix nullitates in usu sunt, sed quoties quis factum suum irritum fieri vult, à Curia restituit. in integ. petere debet. *Zyp. tit. de in integ. rest. in Notit. jur. Belg.*

IV.

De merce tradenda gravis quæstio est, & herba parietaria *Dd.* an eam venditor præcisè teneatur tradere, an verò liberetur solvendo interesse, quanquam facultatem tradendi habeat. Nostro judicio insignem injuriam faciunt Veteribus *ICtis* qui posterius affirmant, quasi cordatissimi illi juris Antistites venditori permisisissent, ut fidem datam fallere posset, præsertim in conventionem ultro citroq; obligante, & contra *l. 1. pr. D. de constit. pecun.* Dixerim itaque nunquam controversum fuisse apud Antiquos, num venditor ipsam rem venditam quæ exstat, tradere teneatur; sed an emptor, si venditor tradere nolit, agere possit ad interesse; an verò præcisè debeat

debeat contendere ad ipsam rem venditam tradendam. Placuit autem, ut venditor ad interesse conveniri possit, ac si culpa ejus res interierit *l. ex empto. 11. §. 2. l. 30. §. ult. D. de act. empt. §. 1. Inst. h. t. §. 2. Inst. de donat. junct. l. 4. & 10. C. de act. empt. l. 1. pr. & d. l. 11. §. 9. D. eod.* Quæ sententia communis frequentiori praxi recepta est, teste *Vinn. ad pr. Inst. h. t. n. 5.* Diss. vide apud *Fachin. lib. 2. c. 30. Treuil. d. disp. 28. thes. 2. lit. c. Hænon. disp. 16. q. 12.* Venditorem quoque necessario teneri ad vacuum possessionem tradendam, etsi se non adstrinxerit, verius est. *l. 2. §. 1. l. 3. §. 1. D. de act. empt. l. 8. C. eod. Myns. cent. 1. obs. 53. Diss. Fab. de mont. pr. q. 6. n. 66. Donell. 4. comm. c. 19. Castr. in d. l. 2. Hænon. d. disp. q. 13.* Sed non necesse habet venditor, ut rem emptoris faciat *d. l. 11. §. 2. & l. 30. §. ult. de act. empt.* Diss. *Hotom. ad tit. D. de cont. empt. pr.* Quomodo & quando venditor teneatur de evictione, vide apud *Caballin. de evict. §. 3. Trentacinq. var. resol. lib. 3. resol. 4. de empt. & vend. Gomez. tom. 2. var. resol. c. 2. n. 33. & seqq.*

V.

Verum quæritur, an saltem cum dispendio arrharum à venditione rescindi liceat? Nos distinguimus, ut ab imperfecta liceat. *l. contractus. 17. C. de fide instrum.* à perfecta non liceat. *arg. l. 6. C. de rescind. vend.* Ratio est in *l. 5. C. de O. & A.* Diss. *Dd. comm. teste Soarez. in thesaur. recept. sent. in verb. arrhas. n. 274.* Sed quid de interesse? etiam in id præter multam arrharum venditor conveniri potest. *d. l. 1. D. de act. empt. & l. 4. C. eod. junct. arg. l. pen. D. de transact. & l. 115. in fin. de V. O.* Quum enim arrharum datio & emptio venditio distincti sint contractus *l. 3. C. de Spons. & arrh.* quid mirum, si producant diversos effectus. *arg. l. ult. D. de calumn.?* Diss. vide apud *Harpr. ad pr. h. t. n. 91. Hænon. disp. 16. quest. 6. Fachin. 2. c. 28.* ubi in fine testatur, sententiam suam, quæ statuit arrhas, tantum

tantum amitti, vel duplicatas restitui, Moribus receptam esse. Qui mores profectò juri divino adversatur. *Rom. I. v. 31.* Nisi dicamus venditiones hodiè datis arrhis celebratas solummodò sub conditione contrahi, ut si emptor non steterit conventioni, arrham datam amittat, venditor duplum reddat. Sed quid de venditione contracta, de qua statim convenit, ut redigantur in scripturam? in ea ante instrumentum confectum pœnitentiæ locus non est, quia contrahentes scripturam duntaxat ad rei memoriam requisivisse videntur. *arg. l. 4. de pign. & hyp.* Secus est, si ab initio vel in ipso actu contrahendi hoc actum est, ut in scriptis fieret *d. l. contract. 17. C. de fid instrum.* quæ sententio rebus judicatis confirmatur. *Ant. Fab. l. suo de testib. d. & 33 de fide instrum. def. 23. Diss. Salicet in d. l. 17. & plures Alii, quos vide apud Tesaur. decis. 197. & Fachin. 2. c. 97.*

VI.

Pretium rei in uno nummo consistere nequit, *l. pretia rer. 63. pr. D. ad l. Falcid.* unde etiam pretio numus opponitur in *l. 10. in fin. D. de adq. poss. Diss. Cont. 1. disp. 16. Treutl. d. disp. 28. thes. ult. lit. B.* Quin tamen conventio valeat instar donationis si illa acta fuit, nemo dubitet *l. si quis 38. D. de cont. empt. l. 3. & 9. C. eod. licet res necdum tradita sit. l. 35. C. de donat. modò nihil tentatum in fraudem legis d. l. 38. Diss. Dd. Alii aliter.* Sed quid si res vendita est pro justo pretio? valet venditio, quando pretium vel communi consensu populi, vel auctoritate Magistratus definitum est, aut à tribus peritis æstimatoribus definiri potest *arg. l. 1. pr. D. de insp. vent.* quia his casibus pretium certum est, atque adeò emptio venditio valida *d. s. 1. h. t. junct. l. 12 D. de reb. dub. Dd. aliter quos vide apud Fachin. 2. c. 1. Gomes. 2. resol. 2. Henon. d. disp. 16. q. 9. 10.* Pretium quoque certum constitutum intelligitur, cum emptor emerit eo pretio quod in arca habet *l. 7. §. 1. D. de cont. empt. Diss. vide apud Fachin. d. loc.*

VII.

Definitionem pretii arbitro commissam ad arbitrium boni viri redigi posse in casu manifestæ iniquitatis, consentiens est ferè

ferè omnium *Dd.* opinio, sed invitâ *l. ult. C. de cont. empt. & §. 1. Inst. h. t.* Vbi Iustinianus jus novum constituens arbitrio omninò standum esse voluit. Quod Moribus servandum puto in omni genere arbitriorum, quum unusquisque suæ conventioni acquiescere debeat. *Proverb. c. 6. Matth. c. 5.* Quid ergo si in pretio emptor vel venditor ultra dimidium deceptus sit? nostro casu sciens prudensque favori pro se introducto renunciaffe intelligitur juxta *l. pen. C. de pact.* Sed si absque arbitrio tertii venditor vel emptor contraxit, & ultra dimidium justii pretii læsus sit, competit beneficium *l. 2. C. de rescind. vend.* Quæ lex propter eandem humanitatis rationem locum habet in omnibus bonæ fid. contractibus. *l. 12. & 13. D. de ll. & SC. is.* Moribus, quibus omnes contractus & actiones bonæ fidei sunt, etiam *d. l. 2.* in transactione obtinet. Quinimò infra dimidium circumventus in integr. restituendus est, qua de re egimus. *diff. 1. thes. §. 5.* *Dd. varie* quos vide apud *Fachin. lib. 2. c. 16. q. 7.* Quid si emptor in re vendita thesaurum invenerit? jure civili fit emptoris. *l. A tutore 67. D. de R. V.* Sed Moribus rectius Principi adjudicatur. *Christin. vol. 5. decis 16.* *Diff.* vide apud *Fachin. 2. c. 20.*

VIII.

Quum in venditione redditus annui facile expediri possit, quæ rei venisse, quæ pretii nomine data videatur, quid solliciti Interpretes an juste valeat *Mat. 7. v. 12. §. 2. Inst. h. t. l. 8. D. cod. junct. arg. l. 8. §. ult. D. de per. & commod. rei vend. Nov. 72. c. pen. & Nov. 160. c. 1. c. regimini extravag. de empt. & vend?* Quæ sententia passim usu servatur vide *Gail. 2. obs. 7. & seqq. Gudelin. de jure noviss. lib. 3. c. 3. Zyp. notit. jur. Belg. tit. de empt. & vend. §. de reditib. & cor. luit. Diff.* vide apud *Gail. d. loc. Fachin. 2. c. 43. & 44. & lib. 8. c. 2. Harpr. ad §. 2. h. t. n. 39.*

IX.

Res pro alterius pecunia empta emptoris est, *l. 6. C. de R. V.* excepta pecunia militis proprie sic dicti, *l. 8. C. eod.* Item pupilli & minoris, *l. 2. D. quando ex fact. tut. Diff. Ant. Fab. lib. 5. conject. c. 9. Sichard. in d. l. 8. Trentl. disp. 15. vol. 1. thes. 7. lit. d.*

Peri-

X.

Periculum rei venditæ ad emptorem pertinet simul ac de pretio convenit, etiamsi res venditæ nondum sit tradita. §. 3. *Inst. h. t. l. 7. l. 8. l. 11. pr. D. de peric. & com. rei vend. l. 2. & ult. C. eod.* Ratio decidendi est in *l. 10. D. de R. I. repetita in d. §. 3. Diss. Cujac. in l. 33. D. locat. & in Tract. ad African. 8. Bocer. in l. 23. de R. I. c. 4. n. 7. Borcholt ad d. §. 3. Vultej. ad pr. h. t. n. 71.* Moribus sententia nostra in rebus mobilibus servatur, sed in rebus soli contraria, propter constitutionem Caroli V. anno 1529. edit. *Vide Neostad. decis. 32. Sand. tractat de Effectucat. Vinn. ad h. §. n.*

XI.

Qui promisit se vendere aut venditurum esse, non intelligitur periculum rei venditæ aut dominium in emptorem transfuisse, licet rem tradiderit pretio accepto, quia illa venditio tantum pactum de vendendo continet, ut in *l. 21. §. 5. D. de act. empt.* Rei autem traditio ac solutio pretii duntaxat in securitatem emptoris & per provisionem (quod ajunt) facta intelligitur ne interim alteri venditor venderet. *Facit l. veteribus. 39. D. de pact. l. 19. pr. D. de reb. credit. Iason in l. 6. D. sol. matrim. & cons. 117. lib. 1. Diss. Dd. comm. teste Fachin. lib. 2. c. 5. Harpr. ad §. 2. h. t. n. 9. & seqq.*

XII.

Actus agentium non oportere extra illorum intemtionem extendi, communis & vera regula est in *l. non omnis. 19. pr. D. de reb. credit.* Qua itaque ratione jus accrescendi vel potius commodum ejus in emptorem hereditatis translatum dicitur, de quo minime cogitatum fuit? Hinc ipse ICtus. Vlpianus in *l. 2. §. 1. D. de hered. vel act. vend.* ait in venditione hereditatis plerumque hoc agi, ut quod ex hereditate pervenit in id tempus quo venditio fit, id videatur venisse. Vtique contractus strictiori modo interpretandi *arg. l. 39. D. de pact. ultimæ voluntates benignius & plenius. l. 12. D. de R. I. in quibus ob verisimilem voluntatem testatoris jus accrescendi locum sibi vindicat. l. un. §. 10. C. de caduc. toll. & l. 7. de R. I.*
Dein.

Deinde violaretur analogia & proportio quæ esse debet inter rem & pretium rei, contra *l. 63. pr. D. ad l. Falcid. Diff. Bart. in l. 89. de leg. 3. Duar. lib. 2. de jure accresc. c. 6. Rob. 3. animadv. 12. Arum. exercit. 14. thes. 7. Anth. Matth. diss. Pandect. 24. Harpr. ad §. 5. b. r. n. 23. & Alii plures.*

XIII.

Vt ex contractu actio nascitur personalis §. 1. *Inst. de act.* ita ex pacto de retrovendendo, quod in continenti adjectum pars est principalis contractus. *l. 7. §. 5. D. de pact.* Adde *l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit & l. 6. C. de rer. permut. & l. qui fundum. 75. D. de cont. empt. atque ita in Camera Imperii servari, testantur. Myns. cent. 6. obs. 69. & Gail. 2. obs. 16. Diff. vide apud Fachin. lib. 2. c. 15. At quaeritur, an isti actioni praescribatur 30. annis? Nos negantium partibus accedimus *arg. l. 2. D. de via pub. & arg. l. 7. §. 4. C. de praescript. 30. ann.* Sane satis expressim ita convenit, ut quodocunque idem pretium offerretur, res vendita restitueretur. *d. l. 2. C. de pact. int. empt. junct. l. 1. D. de constit. pecun. Myns. cent. 1. obs. 16. & 6. obs. 70. Gail. 2. obs. 2. & 18. Diff. vide apud Fachin. d. lib. 2. c. 13. quos sequitur Vvesemb. ad tit. de rescind. vend. Bronch. cent. 2. ass. 62. Quaestiois itidem est, an hæc actio extraneo cedi queat? quod nos affirmamus, si in genere pactus est venditor, negamus verò, si sibi & hereditibus prospicere voluit, quo casu de se conqueratur, quod non pactus sit apertius, *d. l. 39. D. de pact. Dd. aliter*, quos vide apud Fachin. d. lib. 2. c. 11. Moribus multorum locorum receptum est contra *l. 22. & seqq. C. mandat.* ut emptor actionis ultra quantitatem soluti pretii ad integrum debitum agere possit, quos probo *arg. l. 21. C. mand.* modo venditio non sit facta ex malitia. vide *Ant. Fab. ad d. tit. C. def. 9. Zyp. notit. jur. Belg. tit. de hered. vel act. vend. in fin.***

XIV.

Iure Romano prædia avita indistincte vendere licet. *l. dudum. 14. C. de cont. empt.* Sed Consuetudine generali introductum est, ut prius proximis agnatis offerantur, aut venditio rescindi potest jure *περισήμως* sive retractus vulgo *naestinge*.

B

Ratio

Ratio consuetudinis, quia lugubre est, paternas domos & antiqua majorum prædia in alienas manus devenire. *arg. l. 22. vers. nec vero. C. de adm. tut. & l. 35. D. de minor.* Præterea jure sanguinis hoc cognatus cognato debet, ut, quum ejus nihil interfit, à quo pretium accipiat, prærogativam concedat proximo *Levit. 25. v. 25. Ruth. c. 4. v. 4. Jer. 32. v. 7. & 8. c. constitutus. ext. de in integ. rest. lib. 2. feud. tit. 3. c. 1. §. si Titius.* Vide *Barlich. concl. pract. part. 2. concl. 39. n. 11. & seqq. Zyp. notit. jur. Belg. tit. de empt. & vend. §. de retract. Treutl. d. disp. 28. thes. 5. lit. d.* Sed quid si istiusmodi prædium in solutum datum sit? Si solutio spontanea fuit, idem dicendum est. *arg. l. eleganter. 24. D. de pign. act. & l. 4. C. de evict.* si verò necessaria & à judice imposita est, secus statuendum, propter rationes jam allegatas. Adde quod alienatio prohibita regulariter intelligatur voluntaria, non necessaria *arg. l. 5. D. de petit. hered. & l. 13. D. fam. ercis.* Diff. vide apud *Harpr. ad §. ult. h. t. n. 282. & seqq. Bronch. cent. 1. miscell. aff. 68.* Quid si donatum sit? retractui nullo modo locus erit, *arg. l. 1. C. de fund. patrim. & l. ult. C. de jur. emph.* Ratio diverfitatis evidenter ex dictis constat. *Diff. Coras. lib. 3. miscell. jur. civil. c. 3. n. 4.*

XV.

Emptor post rem venditam acceptam in mora solvendi pretii existens, usuras velut interesse præstare debet, quamvis nullos ex merce vendita fructus perceperit *l. cum vindam. 17. §. 3. in fin. & l. 32. §. 2. D. de usur.* Diff. vide apud *Fachin. 2. c. 32. Harpr. ad §. ult. h. t. n. 316.* Sed quid, si venditor rem non tradidit liberam? aut fidejussores, quos evictionis causa promisit, nõ dedit? nihilominus usuras solvere debet. *dd. ll. junct. l. Julian. 13. §. 19. & 20. D. de act. empt.* Diff. vide apud *Fachin. d. lib. 2. c. 32. q. 2. Harpr. ad d. §. ult. n. 329.*

F I N I S.